Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Vita sancti Gregorii episcopi Lingonice ciuitatatos quod est VIII. idus ianuarias

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

✝

INCIPIT VITA SC̄I GREGORII EPISCOPI LINGONICE CIVITATIS QUOD EST VIII IDUS IANUAR̄

Egregiae sc̄itatis uiri quos palma ꝑfecte beatitu
dinis aeternis editos euexit ad caelos. Hi sunt
quos aut non fictae caritatis uinculum liga
elemosinarum fructus ditat. Aut flores casti
tatis adornat. Aut martyrii agonitatio
certa coronat. In quibus ad inchoandum
ꝑfecti iusti opus illud fuit studium: ut in
primis corpus sine macula praeparatū
habitaculum sp̄u sc̄o ꝑberent. & sic ad reli
quarum uirtutum excelsa contenderent.
Atq; ipsi sibi ꝑsecutores facti dum in se uitia ꝑ
mebant. uita tamquam martyres probati
pacto cursu agonis legitimi triumpharent.
quod nullus in dei opere ualebat efficere. ni
si domini mei adiutorii protegatus uel parma
uel galea. & quod egerit non sui, sed ad diui
nominis gloriae deputet. iuxta illud apostoli qui glo
riat. in dn̄o glori&. In hoc enim beatus grego
rius omnē gloriam quidē excelsā senatorii
ordinis potentia. Ad illam se humilitatem
subdidit. & omnibus saeculi curis abiectis soli
sc̄o dō dicaret opere quem in pectore tin&.
Igitur sc̄s gregorius ex senatoribus primi bene
literis institutus augustidunensis ciuitatis
comitatum ambiit. In comitatu autem po
situs regionem illam ꝑ quadraginta annis iusti
tia comitante correx. Et tam seuerus atq; dis
trictus fuit in malefactoribus ut uix ei ullus
reorum posset euadere. Coniugem de gene
re senatorio habens armentariam nomine
quam ad propagandam generationem tan
tum dicit cognouisse. de qua & filios dn̄o
largiente suscepit. Aliam uero mulierem
ut iuuenilis adsolet feruor inardescere n̄
contigit. Post mortem autem uxoris ad
dm̄ conuertitur. & electus a populo lingoni
cae urbis ordinat ep̄s. Cum magna fuit ab
stinentiae sine iactantia putaretur oculte
subtriticeos panes alios tenues ex ordio subpo
nebant frangens triticeum aliis erogabat.
Ipse quoq; clam ordeum nemine intellegen
te praesumens. Similiter de uino faciens cū
aqua & pincerna porrigeret. Ad simulandū
aquam desup effūdi iubebat. tale uitrum
eligens quod claritate aquam obtegeret. Iam
ieiuniis elemosinis orationibus atq; uigiliis
tam efficax tamq; deuotus erat. ut in medio
mundi positus: nauus fieret heremita. Nam
cum apud diuionensem castrum cōmoraret assidue
& domus eius baptisterio adhereret in quo
multorum sc̄orum reliquiae tenebant. nocte
de stratu suo. nullo sentiente consurgens. ad
orationem dō tantum teste pergebat. ostio di
uinitus reserato. Attente dō tantū psallebat
in baptisterio. Sed cum hoc multi temporis
spatio ageret. tandem ab uno diacono recog
nita atq; manifestata e. Idem cū cognouisset
haec agi. a longe ne eum uir beatus sentire
posset prosequebatur. & quid ageret specta
bat. Aiebat enim diaconus. quod ueniens
sc̄s dī ad ostium baptisterii pulsans manu
propria post eum nemine currente aperie
batur. Illo quoq; ingrediente diutissimae
silentium erat. post ea silentium tamquam
multarum uocum ꝑ trium horarum et fere
amplius spatium audiebatur. Credo ergo quod
magnorum sc̄orum in eodem loco haberent
reliquiae ipsi se beato uiro reuerentes psal
lentium dō in commune reddebant. Nā
impleto cursu reuertens se ad lectulum. ita
se caute sup stratum deponebat ut prorsus
nemo sentiret. Obseruatores uero ostium
baptisterii obseruatum inuenientes clauē
suae solite aperiebant. Commotaq; signo
sc̄s dī sicut reliqui. nouus ad officium domi
nicum consurgebat. Nam cum energu

mini eum in primordio episcopatus sui con
fiterentur. Rogabant eum presbiteri ut
eos benedicere dignaret. Quod ille uiriliter ne
uanam incurreret gloriam fugebat. clamans
se indignum ad manifestandas uirtutes do
minicas esse ministrum sed tamen diutius
hoc dissimulare non potuit. adduci ad se iubens
sine ullo tactu. facto tantum signo crucis e con
tra uerbo daemonia discedere imperabat.
Quod illi protinus audientes corpora quae ne
quitia sua deuinxerunt absoluebant. Nam
illo absente multi de uirga quam in manu
ferre consueuerat suspensos atque signatos in
erguminos per pedes consignabant. Nam &
de stratu eius si quis propter egrotos abstulisset
erat praesens medicamentum. Armen
taria cuius pronepotis eius cum grauiter
quodam tempore indulgentia sua a quarta
no fatigaretur incommodo. a medicorum
studio plurimorum quo nullum posset sen
tire leuamen. & ab ipso confessore beato sae
pius adhortationi insisteret hortaretur.
Quadam die lectum eius expetiit. in qua posi
ta. ita febris cuncta restincta est ut numquam
hoc deinceps aegrota perferret. Sanctus uero grego
rius cum ad diem sanctum epiphaniorum ad ciui
tatem lingonis ambulasset a modica febre
pulsatur. relicto saeculo migrauit ad Christum
cuius beata facies ita erat glorificata post tran
situm ut rosis similis cerneretur. Haec enim ap
parebat rubea. Reliquum uero corpus tam
quam lilium candens refulgebat ut estima
res eum iam tunc ad futuram resurrecti
onis gloriam praeparatum. quod deferen
tes ad castrum diuionem ubi sepeliendus erat tumu
lari. In campania illa quae a parte aquilo
nis habet. haud procul a castro adgrauati
gestatores non sustinentes feretrum solo de
posuerunt. Ibique parumper resumentes uires &
post paululum eleuantes. intramuraneam
eum ecclesiam detulerunt. Aduenientibus

autem quinta die episcopus a bedesia ad basilicam bea
ti iohannis deferebatur. & ecce uincti carceris ad
beatum corpus clamare coeperunt dicentes. Misere
re nostri piissime domine ut quos uiuens in sae
culo non absoluisti uel defunctus caeleste reg
num possidens digneris absoluere. uisita nos
quaesumus & miserere nostri. Haec & alia
clamantibus adgrauatum corpus ita ut eum
penitus sustinere non possint. Tunc depo
nentes feretrum super terram. uirtutem bea
ti antistitis praestolabantur. his ergo spec
tantibus. subito reseratis carceris ostiis tra
bis illa qua uincti per pedes coartabantur
repulsis obicibus scinditur media confractis
catenis. Omnes pariter dissoluuntur & ad
ad beatum corpus nemine peruenium retinen
te. Dehinc eleuantes feretrum gestatores
inter reliquos obsequuntur. qui & a iudice
postea sine damno aliquo sunt dimissi. Post
haec beatus confessor sepultus multis se uir
tutibus declarauit. Aiebat enim quidam
religiosus caelos se apertos in die eius sepulturae
uidisse. Nec enim ambigitur quod post actus an
gelicos sidereis esset coetibus adgregatus.
Vinctus quidam per catenam illam qua beatum cor
pus ad lingonicam est exhibitum ad antedictum
castrum adducebatur. Cumque milites cum e
quitibus praecedentes eum post tergum traherent
uinctum ad locum ubi beati corporis artus qui
euerant peruenerunt. Quod praetereuntes.
uinctus inuocato nomine beati antistitis ut eum
sua misericordia liberaret. Quo orante
laxati sunt laquei de manibus eius. & senti
ens se solutum qui eum reddidit cooperisque ma
nibus putabatur adhuc esse ligatus. Ingres
si autem portam castri cum ante atrium aeccle
siae peruenissent. hic exiliens & corrigiam liga
minis trahentium in ora proiciens ecclesi
am petiit. per quam cum ex auxilio omnipotentis
dei & obtentu beati pontificis liberatus est.
Admirabile est enim & illud miraculum

: quia

qualiter beatum corpus eius cum post multa
tempora transferret apparuit gloriosum.
Cum beatus pontifex in angulo basilicae fuisset sepul
tus & parvus esset locus ille nec ibi populi sic possent
accedere ut devotio postulabat. Tetricus filius
& successor eius haec cernens & virtutes ibidem
assiduae operari prospiciens. Ante alterum basi
licae fundamenta iacit erectaque absidam
miro opere construit & transvolvit. Quae tamen
soluta disruptaque pariete arcum edificat.
Quod opus perfectum atque exornatum. In medio
apsidae loculum fodit ubi corpus beati patris
transferre volens. Convocans praesbiteros &
abbates ad istud officium qui vigilantes ora
bant ut se beatus confessor ad hanc praeparata
habitationem transferri permitteret. Mane
autem facto cum choris psallentium adprehen
sum sarcophagum ante altare in absidam quam
beatus eps aedificaverat transtulerunt.
Quod sepulchrum dum diligenter conponunt
subito & ut credunt ad divisionem oportuniam
sartofagi. Amotum est in una parte. & ecce ap
paruit beata facies ita & leta & integra ut pu
tares eum non mortuum esse sed dormientem
sed nec de ipso vestimento quod cum eo positum
fuit aliquid ostensum est diminutum. Unde
non inmerito apparuit gloriosus post transi
tum cuius caro non fuit corruptionis ludibrio.
Magna est enim corporis & cordis integritas quae
et in presenti saeculo praestat gratiam & in futu
ro vitam largitur aeternam. De qua paulus
apostolus ait. Pacem sequimini & sanctificationem.
sine qua nemo videt regnum dei. Puella quae
dam die dominico dum caput suum pectine vel
comprenso conponeret credo ad iniuriam dei sci
in manibus eius adhaesit. Ita ut adfixi dentes
tam in digitis quam in palmis magnum ei do
lorem inferrent. quicum ad basilicam scorum
sedens atque obsecrans circuit & ad sepulcrum
beati gregorii antistitis in eius virtute confisa
prosternitur. Cumque diutissime beati con
fessoris presidium flagitasset. directa ma
nus eius ad opus pristinum pectine decidente
reducitur. Sed & inergumini eum confi
tentes ad eius sepulchrum saepe purgantur.
Nam plerumque vidimus post eius transi
tum virgula cuius supra meminimus
quam manu regebat per parietes ita eos adfix
os ut putares illos validis atque acutissimis su
dibus retineri. Multa quidem & alia de
eodem gesta cognovimus. sed ne fastidium
incurrerent de pluribus pauca perstrinximus.
Obiit autem anno tricesimo tertio episcopa
tus sui aetate nonagenaria qui se virtuti
bus manifestis sepius declaravit. Regnan
te dno nro ihu xpo cui est cum patre honor
laus & potestas in secula seculorum AMEN

EXPL PAS SCI GREG EPI LING CIVIT.

INCIPIT PASSIO SCORUM
XLI POLIEUCTI CANDIDIANI
ET FILOROMI QUOD EST
IIII IDUS IANUARIAS.

Si quis unanimitatem polieucti candidiani
etiam & filoromi scorum martyrum contem
plaverit non solum eos per passionibus ad
mirabitur sed & per fidei firmitatem atque
inmobilem & inconcussam eorum unanimi
tatem quam semper ad invicem servaverunt.
Multo magis stupescet. Itenim conveni
entem atque unanimem propositi diverbum
& eius fidei quam plurimum transigerunt
tempus. ut etiam facile & manifestius
conspicuantur intemerati ac stabiles sen
sus. Ita fideliter ad invicem iustitiae ami
citias salvaverunt ut prorsus in nullo de
linquerent. Tales erant circa fidem.
tales etiam circa verbi doctrinam. ut fa
cile quis contemplare eos posset proba
tissimam eorum unanimitatem. Nec non
& illud etiam his super adactum bonum silen
tio debebat praeterire fratres karissimi
Sed nec egit laudibus condignis cumulare.